

Q. D. B. V.

Dissertationem posteriorem

De

PRINCIPIBUS

EORUMQ;

JURIBUS

In Illustri ad Salam Augustéa

ad d. 7. April. M DC LXXI.

SOLENNITER

P. P.

PRÆSES

M. CHRISTIANUS Weise /

Polit. Eloqv. & Poës. Prof. Publ.

& Respondens

NICOLAUS Klausel /

Longo-Salissa Thuringus.

H. L. Q. S.

LEUCOPETRÆ,

Literis HILDEBRANDIANIS

ILLUSTRIBUS
CONSULENTIUM
COLLEGIIS,
AUGUSTISSIMI
AUGUSTI,
PATRIS PATRIÆ
GLORIAM ET SALUTEM
STRENUE CUSTODIENTIBUS:
SAPIENTIÆ PROMIS CONDIS,
VIRTUTUM EXEMPLIS,
LITERARUM POLITIORUM
ET CENSORIBUS,
ET ÆSTIMATORIBUS
ET ASSECLIS.

Patroni Maximi.

D iuturnâ deliberatione opus non fuit, quorum tandem splendorem dissertationi assererem posteriori; cum priorem jam egregiè illustraverit præscriptum SERENISSIMI PRINCIPIS Nomen. Vos enim estis, Heroes Optimi, quos & propria Virtus & rerum agendarum usus & cognita sæpè dexteritas, ita Patriæ nostræ conjunxit NUMINIBUS, ut Illustrem Vestrum Ordinem qui inspiciat, ipsius PRINCIPIS oculos, aures, manus, corda videre videatur. Proinde injuriam Vestris fecerim meritis, si, vel à SERENISSIMO Vos removere CAPITE, vel quenquam alium Vobis hoc in loco velim præferre, ubi disquiritur de JURIBUS PRINCIPUM, quorum quidem arctissima custodia manibus Vestris non malè commissa est. Id equidem fateor, satis tenuem esse, præsertim in ejusmodi quæstionibus, meam judicandi dexteritatem, ut Vos, qui sæpè legitis pulchriora, vix inventuri sitis dignum Ingeniis vestris specimen: At enimverò non tam ipse scribendo judicia proposui mea, quàm collatis inter se
Au-

Autoribus Gravissimis, quid sentirent prudentiores, & inquisivi & exhibui fidelissimè: nimirum ita svadebat ratio, ut, qui loqui nescirem accuratè, verba sensumq; acciperem ab aliis. Quamobrem quod omni ex parte contemnendum non est, quod etiam autoritate multorum ita sentientium ab audaciæ aut periculi suspicione absolutum est, Vestris complecti manibus dignamini. Neq; verò causa est ulla, cur de optimo in me affectu desperem; quippe quod & promovendo, & benefaciendo & sustinendo ostendistis hætenus, nihil à Vobis posse rogari, cujus ego plenam possessionem præcipiti confidentiâ non debeam præripere. Faxit DEUS, Pater luminum, ut, qui tot illustratis capita, perpetuam lucis salutisq; sentiatis accessionem, ne Vobis ad ornandos Clientes; Clientibus ad Vos de prædicandos unquam deficiat materia. **Valete & Florete!**

Virtutum Meritorumq;ve

V. V. V.

Patroni Maximi

*admirator & cultor
perpetuus*

*Dab. è Musæo ipsis
Non. April. 1671.*

M. CHRISTIANUS Weiser
Prof. Publ.



C. B. D.

I.



Ictum nuper est de JURIBUS PRINCIPUM, quatenus illi in suis territoriis minutas quasi & peculiare forment Resp. Nunc ordo postulat, ut eos de nouò aspiciamus, quatenus uniuersum istud IMPERII GERMANICI CORPUS constituunt. Sed quemadmodum in Juribus territoriorum æqualis ferè, aut certè non

adeò diuersa est libertas: ita è contrario, quæ jam de Juribus in uniuerso Imperio disputari debent, & maiorem hinc inde differentiam ostendunt, & maiorem innuunt difficultatem.

II. Aliter enim loquendum de IMPERATORE; aliter de ELECTORIBUS; aliter de cæteris PRINCIPIBUS: nec ignotum est, dissidere in multis ECCLESIASTICOS à SECULARIBUS.

III. Sed initium fiat ab IMPERATORE, qui quidem hoc loco aspici non debet tanquam Archidux Austriae, cum ejus ibi potestas fluat à Superioritate territoriali, quam supra descripsimus; Privilegia etiam planè singularia, qualia à Cuspiniano citat Limnæus *lib. 5. cap. 2. n. 31.* concessionem ipsius Imperatoris redoleant, & à reliquis Statibus sæpè uocata fuerint in controversiam.

IV. Imperatorem igitur considerabimus, quatenus Imperium Romanum agglutinatum ab aliquot retrò seculis est REGNO GERMANIÆ. Sanè ignotum non est Carolum M. jam fuisse Regem Germaniæ, cum in uigilia Natiuitatis anno 800.

A

decla-

deklararetur Imperator sive Augustus; neque negari potest, Caroli successores, licet coronam Germanicam fuerint insigniti, Imperatorium sibi non arrogasse titulum; nisi coronam suscepissent Romanam *vid. Conring. de Imperat. Rom. Germ. lib. 40.* Imò etiam satis clarus est titulus Imperatoris Erwehlter Römischer Kaiser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / &c. König / ex quo colligi facile potest, formaliter à se distingui Imperatorem & Regem Germaniæ; ut adeò non ineptè statuat *Monzamban. cap. 1. §. 12.* Imperatoris titulo hodie quidem nihil inferri aliud, quam Advocatiam sedis Romanæ; quam ego libentiùs cum Philippo Magnanimo Hassiæ Landgravo dicere malim, inferri Superioritatem ordinis inter Christianos Principes, & Advocatiam illam adjectam esse conditionis loco. Nimirum id usitatissimum est, ut in decidendis præcedentiarum controversiis ad Religionem respiciatur maxime.

V. Interim ut formales istos & abstractivos conceptus paulisper liceat seponere, nulla jam istius differentie habetur ratio. Sed idem ille qui fit Rex Germaniæ, eodem ipso fit Imperator: neque etiam diversa, quemadmodum olim, ab eo postulatur coronatio, ut, qui electus fuit ab Electoribus, & coronatus in Germaniam, tam plenam exerceat potestatem, quam fortè Carolus V. qui duas illas coronas in Italia ultimò suscepit. Plura qui nosse desiderat, ad nomen titulumque Imperatoris spectantia, accuratam brevitate differentem inveniet *Bœclerum Notit. Imp. lib. 4. cap. 1.*

VI. Hic saltem videamus, an, & qualem Rex Germaniæ habeat potestatem? Certè Superioritas ordinis ita ipsi salva est, ut omnes Christianæ Reip. Principes, quicumque tandem sint, libenter loco soleant cedere: Sed quantum ista auctoritas efficaciam habeat in Rep. apud subditos, variè explicatur à variis. Postquam enim deprehensum fuit, frustra pro hæreticis à Baldo fuisse habitos, qui de Majestate Imperatoris disputarent, multi hæcenus putarunt, integrum esse cum Hippolitho à Lapide ex Imperio Germanico facere Aristocratiam,

Rex Germaniæ
zum Imperator
Roman. Germaniæ
dicte! quod inter
reges dicitur, qui
præsent Imperio
quod Romanorum
olim fuit, sicut
sit. Felde ad
Grot. lib. 2. cap. 9
§ 12 p. 241.

tiam, summoque Principi omnem derogare Jurisdictionem.

VII. Neque terrentur isti tot ex Jure veteri allegationibus, quarum integra plaustra exhibent *Matth. Steph. lib. 2. part. 1. cap. 1. Reinking. lib. 1. class. 2. cap. 7. & multi alii.* Facilis enim est responsio, si Juris Justiniani hac in parte negetur auctoritas. *vid. Conring. de Jur. publ. Just. auct. per Germ. annex. tract. de Origin. Jur. Germ. Confer Limn. ad Capitulat. Prolegom. sect. 8. n. 9. seq.* Sic etiam frustra objiciuntur usitatae hinc inde formulae, *Kaiserliche Macht und Vollkommenheit. Stände haben uns zu freundlichen unterthänigen Gefallen bewilliget / haben uns zu aller unterthänigsten Behorsam verglichen / etc.* Licet enim cum *Hippol. à Lap. part. 1. cap. 6. sect. 2.* temerè quispiam statuere nolit, imputandum id esse Recessuum concinnatoribus: in eo tamen non errat, ubi dicit, de verbis non curare; praeferim si conferamus *Monzamban. cap. 6. n. 6.* qui ad genium seculi stylumque Curiae omnia ea rejicit. *Conf. Ludolpb. Hugon. de Stat. Region. Germ. cap. 1. lb. 4. med.*

VIII. Efficacius objici videtur CAPITULATIO, quae licet potestatem Imperatoris rectè & plenè non describat, in eam tamen explicandam tanquam monumentum publicum adhibetur potissimum. *Baerl. Not. lib. 4. cap. 1. n. 4. §. 7.* Et inspiciamus secundum saltem articulum Capit. Leopoldi (reliquos percurrere nimis foret prolixum) ubi pollicetur, se velle LL. fundamentales handhaben / auch nicht gestatten / daß dawieder gehandelt werde; velle etiam Constitutiones Imperii confirmiren / erneuren / und mit Rath / etc. bessern; velle tandem autores scriptorum turbulentorum gebührend abstraffen / die Schriften und Abdruck cassiren / wider die Autores ernstlich verfahren / und alle protestationes wider den Frieden / Schluß verwerffen. *vid. Lampad. Rep. Rom. Germ. part. 3. cap. 10. n. 12.*

IX. Jam accedat, quicumque umbratilem in Imperatore Majestatem vidisse putat, & explicet, quo sensu accipiendae sint handhaben / nicht gestatten / confirmiren / abstraffen / cassiren / verwerffen; & an ista vocabula unquam sine potestate queant intelligi? Nam limitata potestas non statim est nulla

potestas: Sicut si ripas fluminis firmissimo communias aggerere, ne suis exundationibus vicinam obruat segetem, non sequitur, flumen amisisse liberum aquæ cursum; sed istud intelligitur, non posse eum ulterius suæ libertatis exire terminos. Pertinent huc expressa verba Grotii *J. B. P. lib. 1. cap. 3. n. 16.* non desinere summum esse Imperium, etiamsi is, qui imperaturus est, promittit aliqua subditis aut Deo NB. *etiam talia, quæ ad Imperii rationem pertineant.* Cæterum dissensiones Autorum circa hanc limitationem potestatis dependent maximè à diverso sensu Majestatis realis & personalis, quem discutiemus infra.

X. Nunc ad exhauriendam istius potestatis amplitudinem non sufficit, ea Imperatoris Reservata adducere, quæ à quibusdam Regalia majora dicuntur, & in dignitate potius consistunt, quam in efficaci Reip. potestate; sicut id egregiè adversus Schoekium ostendit Pufendorf. *de Rep. irreg. lib. 8.* consentitque Bœcler. *lib. 4. cap. 1. n. 4. §. 6.* Sed necesse est potestatem cum universâ comparare Rep. & quanta circa omnia Regalia in Capitulatione relinquatur aut statuatur libertas, inquirere. Et quia, fatente Carpozovio *Leg. Reg. cap. 1. sect. 11. n. 10.* per Capitulationem in consortium quasi Majestatis sumuntur Principes, facile apparet, dici vix posse de Imperatore, nisi de Principibus eorumque potentia simul differatur. Quamobrem conjunctim ea liceat tractare, ubi prius specialiora quædam expediverimus.

XI. De AUGUSTA ejusque potestate vel Majestate multi inquirunt: sed breviter negotium decidi potest, trito Jctorum axioma. Uxorem coruscare radiis mariti. vide tamen *Limneum lib. 2. cap. 14.* & qui loco omnium esse potest *Magnif. Dn. Fritschium in tract. de Augusta, quem inscripsit Abbati Euldensi Augusto Arzbi-Cancellario.*

XII. Major cura esse debet de REGE ROMANORUM, qui præter Imperatorem sæpè eligitur, ut eo absente vel impedito, Imperium moderetur, ipsoque mortuo, vel alio vacantia casu, sine ulteriori electione Imperator ipso jure existat,

Schük

XIII. Sed inutilis multorum hic videtur quæstio, an vivo Imperatore eligi possit Rex Romanorum? quippe quod multa in historiis jam occurrant exempla, & præter transactionem Cadaviensem, cujus verba exhibet Schük l. c. th. 2. lit. C. ipsa Imperatoris consentiat Capitulatio. Nimirum Rudolphus II. ita omnem successoris designationem exhorruerat, ut Electores anno 1612. Matthiæ Imp. istum quoque præscriberent articulum 34. die Chur-Fürsten zu ieglicher Zeit bey Ihrer freyen Wahl eines Röm. Königs / dieselbe / so oft sie einem Käyser zu Besuff / oder sonst dem H. Reich notwendig und nützlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Röm. Käysers / mit / oder (wann derselbige auff angelegte Bitte der Chur-Fürsten / ohne genugsame erhebliche Ursachen verweigert werden solte) ohne eines regierenden Käysers Consens vorzunehmen / &c. geruhiglich bleiben lassen.

XIV. Sic etiam vix amplius operæ pretium est inquirere, num in A. B. Regis Romanorum fundetur electio? quod contra Carpzovium & Arumæum obtinere cupit Limnæus l. 2. c. 15. Addit. tom. 2. Interim rectius istiusmodi electio extraordinaria dicitur resp. A. Bullæ Schük l. c. thes. 2. censentur enim, ut loquitur *Illustris P. R. Æ. S. E. S. noster not. ad A. B. tit. 1. verb. emerferit*, dispensasse Electores ex causâ legis positivæ in A. B. positivæ.

XV. Pulchrior est quæstio, quæ Imperatoris ipsius & Regis Rom. sit differentia? & quomodo se utriusque habeat potestas? ubi commodè incidunt verba Seldii Vice-Cancellarii, quæ ex Colero de Jur. Imp. Rom. th. 10. refert Carpzov. L. R. cap. 11. sect. 4. n. 4. Es wissen unsre Rechts-Gelehrten zu Zeiten selbst den Unterscheid zwischen einem Röm. Käyser oder König nicht wol zu finden. Sanè istud satis certum est, Regem jam successioni destinatum esse, ut vocetur, des Käyserthums unzweiffenslicher successor R. A. 1559. princ. künfftiger Käyser Capitul. Ferd. IV. passim, & hinc credibile sit, futurum Imperatorem aspici, ac si de præsentis Imperator esset. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 2. n. 75.

XVI. Id verò controvertitur, quæ penes Regem sit potestas vivo & imperante adhuc Imperatore? *Reinking.* perpetuum dicit Imperii vicarium. *de Regim. S. E. lib. 1. cl. 3. c. 14. n. 47. Limneus,* Caput vicarium, *l. 2. c. 15. n. 35.* Caput secundarium. *Addit. tom. 1. ad l. 2. c. 15. n. 47.* Sed ambigua sunt ista vocabula, cum alii asserant vicarios non gaudere Majestate. *Schük thes. 4. lit. D. Carpzov. L. R. cap. 13. sect. 2. n. 11. § 12.*

XVII. Breviter ita responderi potest, unam eandemque numero esse Majestatem *Reinking. l. c. n. 66.* *Schük thes. 3.* seu ut loquitur *Zölnerus Diss. de Reg. Rom. th. 31. lit. d.* Regem censerî unam personam cum Imperatore. Hanc verò esse differentiam: Imperatorem agere jure proprio, Regem habere delegatam ab Imperatore potestatem *Carpzov. l. c. cap. 11. sect. 5. Add. Bœcler. lib. 4. cap. 2. p. 67.* clarusque textus occurrit *Capit. Ferd. IV. artic. 47.* Wir sollen und wollen auch uns keiner Regierung oder Administration im H. R. R. weiter oder anders unterziehen / denn so viel uns des von Kays. Majest. vergönnet oder zugelassen ist / auch Ihr Kays. Majest. die Zeit ihres Lebens an ihrer Hoheit und Würde des Kayserthums keine Irrung noch Eintrag thun.

XVIII. His tamen non obstantibus, sunt, qui Regi Rom. proprium Jus tribuant. *Cluten. Syllog. rer. quotid. th. 23. lit. e. & imprimis Carol. von Hagen Instit. Jur. publ. lib. 2. cap. 1. n. 33.* qui multos allegat textus, ubi Ferdinando I. in Recessibus & alibi jus ascribatur proprium. Sed considerare debuissent Autores illi (quod notavit *Carpzovius d. l.*) Ferdinandi I. tempore Carolum V. raro fuisse in Germaniâ, & proinde tantam illius absente Imperatore auctoritatem extitisse, ut in multis creditus fuerit agere jure proprio.

XIX. Omnes etiam qui proprium Regis defendunt Jus, eâ utuntur distinctione, Regem dici caput, non copulativè, sed alternativè, quod idem profecto significat, ac Imperatore exercente Jus suum, quiescere Regem. Credo autem exinde provenisse obscuritatem, quod putaverint Autores, ad delegandam potestatem requiri mandatum speciale, qualem forte tenorem

norem anno 1555. X. X. produxit Ferdinandus I. G. Damit a-
ber. So haben Ihre Liebden und Kays. Majest. uns / als Röm-
schen König freundlichen und brüderlichen ersuchet/das wir in Ihrer
Majest. Absent Ihre Liebden und Kays. Majest. verwesen und diesen
Reichs-Tag beywohnen wolle / und auch vollmächtig absolute und
ohne hinter sich bringen Gewalt gegeben. Sed sufficit mandatum
generale, cujus exemplum profert *Carpzov. l. c. n. 24. è Goldast.
tom. 1. Constit. Imp. p. 577.* Volumus & constituimus, ut tanquam
Rex Romanorum habeat potestatem faciendi, tractan-
di, &c.

XX. Reliqua ad differentiam spectantia, quod Impera-
tor gerat Aquilam bicipitem, Rex simplicem; Imperator au-
diat semper Augustus, Rex solum Augustus; Imperator à Re-
ge appelletur Ihr. Majest. &c vid apud *Hagen l. c. n. 34. Limn.
n. 46. seq.* & quos supra citavimus Autores. Cæterum an Rex
Rom. habeat Majestatem? tunc videbimus, cum determinata
fuerit Imperatoris Majestas.

XXI. Satis nunc dictum de Rege, quem nominare possis
Imperatoris Vicarium. Jam de VICARIIS ipsius Imperii
videamus, qui Provisores sunt vacante Imperio, ac Impera-
toris vices sustinent, si electus jam antea non sit Rex Rom. Et
quidem hac in materiâ clarum habemus textum *A. B. tit. 5.* ubi
Comes Palatinus Rheni S. R. I. Archidapifer, & Dux Saxo-
niæ S. R. I. Archimareschallus expressè jubenter esse Vicarii.
Hinc etiam si qui alii Vicariorum insigniuntur titulo, nomen
potius & dignitatem habent, quam functionem. *Bæcler. No-
tit. lib. 4. cap. 3. p. 69.* imò generalium illorum Vicariorum Ju-
risdictioni subsunt. *Schük vol. 1. disp. 5. tb. 9.*

XXII. Quoad Electorem Saxoniae res clara est. At cir-
ca Palatinum bis hoc ipso seculo disputatum fuit. Et prima
quidem velitatio contigit anno 1612. super hac quaestione, an
ipse Electoratus Palatino Rheni competat, an Duci Bavariae?
inter Christophorum Gevoldum Consiliarium Bavaricum, &
Marquardum Freherum Consiliarium Palatinum, quorum ar-
gumenta breviter contrahit *Limnaeus lib. 3. cap. 9. init. & Strau-
sbium*

ebius Exerc. Exoter. 3. th. 2. seqq. Recruduit autem ista lis anno 1657. post obitum Ferdinandi Imp. accedente hac quaestione, utrum Vicariatus annexus sit Electoratu, an Palatinatu? nimirum Bavarus in praeterito bello factus fuerat Elector & Archidapifer, Palatinus impetrato Electoratu octavo retinuerat inferiorem Palatinatum. Rationes utrinque ventilatas refert *Limn. Addit. tom. 2. ad lib. 3. cap. 11.* & pulcher est discursus *Generos. Dn. G. D. à Rondeck ad A. B. tit. 5. verb. Palatini Privilegii*, qui etiam refert, processum in Camera prodixisse sub sigillo Bavarum & Saxonum, contradicente interim Palatino. Faxit interim Deus, ne intempestiva Leopoldi nostri mors novam huic disputationi necessitatem afferat!

X X I I I. Sed divisim administrant Vicarii, & hinc quaeritur, quae terrarum huic vel illi assignatarum sit determinatio? A. B. Palatino tribuit *Partes Rheni & Sveviae & in Jure Franconico*; Saxoni vero ea loca, ubi Saxoniae jura servantur. Quos tractus ita designat *Cluten. Syllog. rer. quotid. concl. 24. lit. 1.* Saxoniae jura viguisse per Saxoniam ad mare Balthicum & Sarmatiam; Franconica per partes Rheni Franconiam Sveviam Bavarum, Austriam ad Alpes usque. Interim de Jure Franconico difficultas est non una, praesertim quod ejus vestigia extant nulla, nisi eorum loco, cum *Besoldo Thes. Pract. verb. Francken Recht substituere velis Speculum Svevicum*, quod quale fuerit vid. *Conring. de Orig. Jur. Germ. cap. 39. p. m. 188.* quantum ego judico, incongruum non fuerit, pro Jure Franconico districtum Franconiae intelligere. *Schük. th. 13. lit. B. vid. versionem Germanicam ap. Goldast. in statut. & rescript. Imp. p. 126. ubi redditur in Franckischen Gebiete.* vid. *Limn. not. ad A. B. cap. 5. observ. 4.*

X X I V. Inutilis sine dubio cura est ista, cum hodie tot exemplis edocti simus, quibus uterque Vicarius praesit circulis. Atque hoc in loco satis distinctum reperio *Sprengerum, Font. Jur. Publ. cap. 11. p. m. 1177.* ubi licet è Goldasto Saxonice terris annumeret Poloniam, Bohemiam, Sclavoniam, &c. ita tamen loquitur, ut colligere queas, ad Vicarium Saxonicum per-

p̄tinerē Circulū Superioris & Inferioris Saxoniae, Westphaliam, & portiones Franconiae Jurisdictioni Saxonicae subiectas (ita enim Sprengeri dubitationem sublevare videtur Buxtorff. ad A. B. concl. 57. lit. C. & Carpzov. L. R. cap. 11. sect. 13. n. 3.) Ad Palatinum verò spectare Circulos reliquos. Certè, si audiendus hic est Carpzovius l. c. n. 15. omnes Imperii limites & loca, quantumvis Palatino & Saxoni in Constitutionibus & diplomatibus specialiter & expressè haud assignata, horum Vicariatus subjacent. Conf. Arum. Disc. Acad. Volum. 5. disc. 2. e. 16. p. 171. b.

XXV. Hinc objici etiam non potest, Jura jam dicta in plerisque locis evanuisse: cum sufficiat, eo tempore fuisse recepta & observata. Myler Addit. in Rumelin. A. B. dissert. 4. thes. 14. & loca magis demonstrationem quam causam privilegii continent. Arum. ad A. B. disc. 3. tb. 29. Limn. n. 25.

XXVI. Jam quaeritur, quae Vicariorum sit potestas? nam circa textum A. B. duplex inter Dd. est opinio. Aliqui ea falcem largiuntur, quae sunt concessa; alii ex adverso quae non sunt prohibita. Utriusque sententiae argumenta prolixè supeditat Buxtorff. ad A. B. concl. 71. Inter omnes verò operosus maximè est Limnaus l. c. n. 80. seqq. ut potestatem ad ea restringat, quae expressè sunt concessa; sed gravis ipsi extitit Censor Ill. PRÆSES noster tit. 5. verb. judicii exercendi. qui digressus in castra Schützi, Carpzovii, Rumelini &c, ita differit: *Vicariis ex A. B. textu competit omnimoda Jurisdictio & indefinita potestas exercendi Judicia. Possunt cognoscere de causis civilibus & criminalibus itemq; de feudis, etsi fuerint majora. Imo possunt restituere natalibus fame & honori, concedere inducias quinquennii, & alios merae gratiae actus exercere, si non vergant in Imperii præjudicium.*

XXVII. Nova quaestio est, an Vicarii peregrè profecto Imperatore exercere debeant suam potestatem? Affirmat Buxtorff. concl. 54. Schük thes. 11. consentitque Privilegium à Maximiliano I. Palatino datum anno 1518. quod è Goldasto refert Carpzov. L. R. cap. 11. sect. 14. n. 15. Wenn das Römische Reich va-

circumferentia Rom. Kaiser oder König über das Gebürg gezogen ist. Jam verò Elector Saxoniae aequalia cum Palatino habet privilegia Schük *l. c.* Limnæum quidem *tom. 1. Addit. ad l. 3. cap. 12. n. 42.* offendit vocabulum *vacantis Imperii*, quod extat in A. B. quasi nulla sit vacantia nisi per mortem. Vacat Imperium, quoties caput non habet. Caput autem actu non est, quod videtur à membris suis avulsum.

XXIX. Mylerus in *Addit. Rumelin. disc. 4. thes. 16. lit. e.* hanc movet quæstionem, an Vicarii habeant Majestatem? Sed nostram eam nondum facimus controversiam, donec de Imperatoris dixerimus Majestate. Interim minus arridet ejus probatio, Majestatem non esse, quæ non sit perpetua, quod apprehensum quoque video à *Rich. Dietero de Sum. Imp. Pot. lib. 22.* Aliter enim philosophatur *Grotius de J. B. P. lib. 1. cap. 3. n. 11.* ubi ostendit, rerum moralium naturam ex operatione cognosci, & facultates eisdem effectus habentes, eodem nomine esse nuncupandas: Durationem verò naturam rei non immutare.

XXIX. Ordo nunc postulat, ut dicamus aliquid de ELECTORIBUS: quo quidem in loco parum curabimus, quæ sit eorum origo? cum recepta olim opinio, prodiisse eos sub Ottone III. jam dum fuerit explosa, nec quisquam curaverit legem, quod major pars concludit, minor debet approbare *l. 19. ad Municipal. quam Mich. Schiferer de Orig. & potest. Elect. lib. 4.* malè huic negotio applicat. Nervosus planè hic est *Monzambano cap. 3. §. 2, 3. seqq.* ubi exponit, jam ante Friderici II. tempora septem illos Principes tanquam Imperii Officiales & opum magnitudine pollentes, in electionibus Imperatorum autoritate reliquos paulatim eminere cœpisse. Post Fridericum autem rebus per Germaniam mirum in modum turbatis, cum reliquis publica negotia parum curæ essent, hos sibi solis id jus eligendi vindicasse. *Conf. Illustr. Præsid. in Notis ad A. B. tit. 1. verbo. juxta antiquam. Conring. Dissert. de Septemv. lib. 24. seqq. Bæcler. Notit. lib. 6. cap. 1.* Et profecto postquam eorum autoritas in A. B. fuit confirmata, non est, cur ni-
mis

mis anxie velimus inquirere in tempora anteriora. *vid. omnino Arum. de Comit. cap. 2. n. 16. seqq.*

XXX. Dispiciendum potius, quæ sint eorum jura? quorum non exiguum recenset numerum *Bæclerus lib. 6. c. 2. ex scripto inedito B. B.* quod etiam fecisse video *Freinsheimium de Elect. & Cardinal. preced. diatr. 3.* ut taceam *Limnaum lib. 3. cap. 2. &c.* Interim ea, quæ aut cum Imperatore, aut cum reliquis statibus communia habent, infra expedientur rectius: hinc singularia quædam jura locum inveniant, quæ Electoribus formaliter quasi & separatim tribuuntur.

XXXI. Maximum verò jus, unde reliqua profluit dignitas, est ELECTIO IMPERATORIS, cujus fundamenta & A. B. suppeditat, & recepta hæcenus consuetudo confirmat. Procedit autem ista electio secundum pluralitatem votorum, seu ut A. B. loquitur, secundum majorem eorum partem: quo in loco major pars intelligenda non est respectu singulorum, sed respectu universi Collegii: ut, si duo elegerint Titium, tres Sempronium, duo Cajum, nullus tunc sit electus *Schick. vol. 1. disp. 2. th. 15. n. C. Buxtorff. concl. 35. & pulchrè Rumelin. dissert. 3. th. 8. & 9.* qui exinde etiam *ib. 11.* concludit, si hodie ubi est paritas Electorum, vota emergant paria, nullam esse electionem, cum major pars in neutrum consenserit, sed novam denuò suscipi debere electionem. *Arum. ad A. B. disc. 2. th. 17.*

XXXII. Cæterum quæstio est, an Electores soli præscribere debeant Capitulationem, an verò in ejus conceptione reliqui etiam admittendi sint ordines? Sanè Electores id fecisse exclusis Principibus, clarum est; & demum post excessum Rudolphi II. aliquos è Principibus, non tamen omnes, id sibi revocasse ad animum, ex *Lundorp. tom. 2. act. publ. lib. 3. tract. 2. p. 639.* ostendit *Stirnius in Nomothesiâ Rom. Germ. tit. 4. §. 3.* Tandem pace *Osnabr. art. 8. §.* Habeantur autem, placitum est, ut consensu statuum perpetua conciperetur Capitulatio. Sed in Comitibus anno 1653, nihil effectum est, ut & Ferdinandi IV. & Leopoldi Capitulatio non modò ab Electoribus solis fuerit congesta; sed neglecta etiam multa Principum mo-

nita. vid. protestationes statuum in Grundfest des N. R. N. part. 3. cap. 3. p. 256. & apud Stirnium l. c. §. 2. p. 64. Quod restat, in hodiernis Comitibus, seridè quidem, sed admodum lentè & invidiosè planè oculis inter Electores & Status tractatur de articulis Capitulationis: Quæ tum fortè manebit constans, si natura defierit novas quotidiè producere formas.

XXXIII. Sed eligunt Electores: quæritur jam, an Imperatorem rursus possint deponere? quæ quidem materia periculosa & difficilis videtur *Lampadio Rep. Rom. Germ. part. 3. cap. 2. §. 10.* neque *Carpzovius* audet hanc litem componere *L. R. cap. 14. sect. 6. n. 28.* Rigidum quidem suo more *Hippolitum à Lapide* invenio *part. 1. cap. 3. sect. 2.* at tamen ipse fatetur nullam legem fundamentalem extare, sed sequendam esse exemplorum cynosuram. Jam verò exemplum nullum est, quod approbetur ab omnibus. vide accuratiss. *Bæcler. Notit. lib. 4. cap. 1. n. V.* ubi de ipsius *Wenceslai* depositione dubitat, an facta sit legaliter & ordinariè? & an possit pro præjudicio sub specie juris allegari? Confer dubium *Goldasti de Wenceslao ap. Carpzov. l. c. n. 26.* & quæ notat *Illustris Præses ad A. B. tit. 5. verb. respondere.*

XXXIV. Veniamus itaque ad certiora. De CONVENTIBUS ELECTORUM vulgo Chur-Fürsten / oder Collegial-Tag separatim instituendis nemo dubitat, id enim cautum est *A. B. tit. 12. & Capit. Leop. art. 6.* Wir lassen auch zu / daß die sieben Chur-Fürsten ie zu Zeiten / vermög der Guldenen Bull / und nach Gelegenheit und Zustand des Reichs / zu ihrer Nothdurfft / auch so sie beschwerliches Obliegen haben / zusammen kommen mögen / dasselb zu bedencken und zu rathschlagen / etc. An verò convenire possint inscio Imperatore, cum *Carpzovio l. c. c. 5. sect. 7. n. 11.* simpliciter affirmare non vult *Illustr. Præses noster, tit. 12. verb. celebretur.* Approbat tamen *Limnei & Schützii* sententiam, in dicitur Conventus Electorum pro lubitu, ita tamen ne præcludatur aditus Imperatori, si velit per Commissarios conventui interesse. Quæ causæ in hisce conventibus tractentur, indicant Electores in ihrer Einigung. Die Ehr / Ruh und Einigkeit des

des H. Reichs zu trachten / Trennung und Schaden dessen zu verhüten / vid. loc. cit. verb. salutis & pacis.

XXXV. Hic disputant aliqui de præcedentia Electorum, & quatenus Regibus aut æquiparandi aut præferendi sint, ex text. A. B. tit. 6. *Limn. ad Capit. Ferd. III. p. 684. Schük Diss. 7. tb. 19 lit. C.* Exaudiendus autem videtur status quæstionis, quando eligitur Imperator, & coronationis Actus publicè peragitur. In aliis autem actibus publicis decidit. *Capit. Leopold. art. 5.* Wäre es aber Sach / daß neben den Churfl. Gesandten der recht titulirter und gekrönter ausländischer Königen / Königlichen Wittwen / oder Pupillen / Botschafften zugleich vorhanden wären / so mögen dieselben den Chur-Fürstl. Gesandten vorgehen / denenselben aber die Chur-Fürstl. Gesandten vor aller andern auswärtigen Republikven / Gesandten und den Fürsten in Person / ohne Unterscheid immediatè folgen / etc.

XXXVI. Jus de non appellando videbimus infra, ut & ea, in quibus Imperatori sufficit Electorum Consensus. Jam de Secularibus notetur, gaudere eos Jure primogenituræ; ætatis anno decimo octavo indipisci majorennitatem, non inchoato, ut voluit *Knichen de Saxon. non prov. jur. verb. Electorum c. 5. n. 43.* sed completo *Limn. lib. 3. cap. 7. n. 48.* Tutelam competere proximo agnato, quicquid anno 1610. contradixerint Palatini: Nepotem fratris antegeniti juniorem, excludere fratrem seniore, quicquid sit de exemplo Palatino ap. *Colevum de Jur. Imp. Germ. tb. 53.* Nam quæ hic affirmantur, ipsissimam lucem accipiunt ex *A. B. tit. 7. n. 6.*

XXXVII. Dicitur hoc loco posset de Supremis illis Imperii officiis, quid sint Archicancellarii, quid Archipincerna, quid Archidapifer, Archimareschallus, ArchiCameraarius, Archithesaurarius. Sed brevitatis studium prohibet, quo minus ad tam specialia jura liceat descendere. Id saltem notetur de Moguntino, Archicancellarium eum esse unum & solum effectivè, tam per Germaniam, quam per omnes Imperii ditiones, adeoque ipsa Italiae feuda; cum Colonensis & Trevirensis titulos saltem gerant. vide plura, quæ ex Sche-

dis Illustrissimi Boineburgii recenset *Bæclerus lib. 6. cap. 5.*
XXXIX. Expeditis itaque, quorum antecedens requi-
rebatur notitia, jam ad ipsum Imperium accedimus propius,
& ad cognoscenda Principum Jura (quod enim sint Principes,
priori dissertatione ostensum fuit) primò consideramus, quæ
Imperatori cum omnibus Principibus, imò statibus, sint com-
munia; deinde quæ Imperator exerceat cum Electoribus; tan-
dem quæ Imperatori soli competant.

XXXIX. Imperatori cum omnibus Principibus commu-
ne est **JUS COMITIORUM**, non quidem instituendorum, sed
habendorum; cujus rei tantus est splendor, ut hic maximè ef-
fulgeat Imperii Majestas. Tractantur enim ibi omnia, quæ
ad Reip. salutem ac necessitatem videntur pertinere, id quod
patet ex *Instrum. Pac. Osn. art. 8. §. Gaudeant. Gaudeant sine con-
tradictione jure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis
Imperii præsertim ubi leges ferenda vel interpretanda, bellum decer-
nendum, tributa indicenda, delectus aut hospitaliones militum in-
stituenda, nova munimenta intra statuum ditiones extruenda nomi-
ne publico, veterave firmanda presidia, nec non ubi Pax aut fæde-
ra facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum
aut quicquam simile posthac unquam fiat vel admittatur, nisi de Co-
mitiali liberoq; omnium Imperii statuum suffragio & consensu.*

XLI. Plura recensentur §. seqv. Habeantur, verb. In proxi-
mis verò Comitibus emendentur imprimis anteriorum conventuum de-
fectus: ac tum quoq; de electione Romanorum Regum, certâ constan-
tiq; Cesareâ capitulatione concipiendâ, de modo & ordine in decla-
rando uno vel altero statu in bannum Imperii præter eum, quia aliàs
in Constitutionibus Imperii descriptus est, tenendo, redintegrandis
circulis, renovandâ matriculâ, reducendis statibus exemptis, &c. vid.
omnino loc. cit. cui adde *Grundfest part. 3. cap. 1.*

XLI. Licet autem magnus rerum deliberandarum esse
queat numerus; certa tamen Propositio ab Imperatore exhi-
betur, quorum præcipuè punctorum ratio sit habenda, & tunc
divisio fit in tria Collegia, Electorum, Principum, & Civita-
tum, ubi ordine suscipiuntur causæ, ab Imperatore propositæ,
ita

ita ut omnium colligantur & numerentur vota. Sed in Collegio Principum, qui aut ipsi habent dignitatem regalem, aut Episcopatum tenent dignitati regali conjunctum, viritim quidem vota ferunt sua: Prælati verò minores & Comites ea conferunt curiatim, atque adeo Prælati distincti in Svevicos & Rhenanos duo suffragia; Comites divisi in Wetteravicos, Svevicos, Francicos & Westphalicos quatuor habent. *vid. Grundfest. part. 2. cap. 5. p. 103.*

XLII. Quod autem dicitur de pluralitate votorum, ad omnia non extenditur negotia, & clara hujus rei dispositio legitur *Pac. Osn. art. 5. §. 19. In causis religionis omnibusq; aliis negotiis, ubi status tanquam unum corpus considerari nequeant, ut etiam Catholicis & Aug. Confessionis Statibus in duas partes euntibus, sola amicabile compositio lites dirimat, non attentâ votorum pluralitate.* An idem observari debeat in materia collectarum, res decisa nondum est *Grundfest. part. 3. c. 7.*

XLIII. Postquam igitur unius vel alterius negotii conclusio in istis Statuum Consiliis expedita est, solent institui re- & correlationes, ubi altera pars alteri suam exponit sententiam, ut, si discrepent inter se, vel ulterior disceptatio litem dirimat, vel manifestè appareat, nullâ ratione obtineri posse consensum. Absolutis tandem hoc modo consultationibus, sive concors sive discors sententia Imperatori offertur, qui non solum occupatus est, ut Ordines diversum sentientes conciliet; sed sæpè etiam contrarium ipse statuit, & ad novas deliberationes Collegia adigit.

XLIV. Et inde clarum est, Imperatorem jure meritò vocari non tantum semissem Comitum *Lampad. part. 3. cap. 8. n. 13.* sed etiam Præsidem *Limn. lib. 9. c. 1. n. 3.* Quæritur tamen, an si status concordēs esse nequeant, Imperator rem pro sua auctoritate possit determinare? Ubi quidem brevis est responsio *Lampadii l. c. n. 7. Si convenire nequiverint, neq; Casar ex plenitudine potestatis quicquam potest statuere, neq; Ordinum sententia legis habet vigorem.* Cui consentit recepta formula *haben wir uns mit Chur-Fürsten und Ständen / und die abwesenden Râth / Botschafft*

schafften und Gesandten / und sie sich hinwiederumb mit uns verglichen. vid. R. A. 1674. §. So haben wir umb so mehr. Vide etiam omnium fere Comitiorum formulas ap. Pauermeist. de Jurisd. lib. 2. cap. 2. n. 31. Ex quo ita concludit Autor der Grundfest. cap. 9. bleibt nicht unbilllich dergleichen Punct außgesetzt / und bis zu weitem gültlichen Vernehmen verschoben.

XLV. Notandum itaque, quod *Baclerus Novit. lib. 12. cap. 1. §. fin.* de plenitudine potestatis differit, eam quidem ab initio Monarchicam potestatem notavisse: retentam verò postea formulam, etiam cum ad potestatis Cæsareæ seu regię plenitudinem demonstrandam Legislatoria ordinum autoritas adjuncta est. Concludit tandem: Cum sententię Ordinum etiam consentientes (Reichs-Gutachten) in Legem ire non possint, nisi Imperator ratas firmasque esse suo assensu comprobet, quin Imperatoriã potestate in hoc actu legislativo utatur, negari nequit, neque obstare aliquid potest quo minus perfectio & efficacia hujus actus, plenitudine potestatis Cæsareæ designetur.

XLVI. Sunt tamen qui plenitudinem potestatis Imperatorię latius extendunt, quod favorabilis extet locus R. A. 1544. §. als wir aber in der Handlung; Sed facilis est responsio, id fieri in iis casibus, ubi Principes omnem causam decisioni Imperatoris permiserint. *Lampad. l. 6. n. 12.* Neque ad probationem sufficit der Geistliche Vorbehalt R. A. 1555. Und nach dem bey Vergleichung dieses Friedes Streit vorgefallen / welchen sich aber beyder Religion, Stände nicht vergleichen können / demnach haben wir in Krafft Hochgedachter R. R. M. uns gegebenen Vollmacht und Heimstellung erkläret und gesetzt / etc. Scimus enim quid in Comitiiis tantum non omnibus protestati fuerint nostrates. *Limn. lib. 1. c. 3. n. 34.*

XLVII. Disputari hinc possent plura, nisi prius dicendum esset aliquid de COMITIIS IMPERII SPECIALIBUS. Nam non solum durantibus sæpe Comitiiis, certæ deputantur personæ, quæ horis succisivis conveniant, & de causis hinc inde incidentibus disquirant. *Grundfest part. 2. cap. 7.* Sed etiam extra

tra

tra Comitia indicuntur Deputation-*Tage*/qui dies aut ordinarii sunt, aut extraordinarii.

XLIX. Extraordinarii sunt, cum Imperator certos aliquos Commissarios denominat & ordinat, qui de certâ inter Status controversiâ cognoscant: & horum absoluta non est potestas *vid. Instr. Pac. Osn. art. 5. §. 18. verb. Placuit etiam, ut Commissarii quidem res à se gestas referant, & vota subjungant, instar tamen sententiae nihil definiant.*

XLIX. Ordinariae Deputationes originem sumserunt A. 1555. §. so sich dann. ad expeditiorem Circulorum defensionem: Jam verò eò referuntur quoque negotia, quæ in Comitiiis decidi non potuerunt *Grundfest. p. 3. cap. 6. p. 279.* Et certi status anno 1555. denominabantur ad istum conventum, quod mutatum fuit *Pac. Osn. art. 5. §. 18.* In Conventibus Deputatorum Ordinariis numerum ex utriusque Religionis Proceribus æquari debere. Quamobrem in sequentibus Comitiiis 1654. ea prædiit ordinatio §. 194. Und dieweil nach Besag des Friedens Schlusses neben den gesaniten Churfürstlichen Collegio, auß den Fürstlichen und Stättischen zu den alten Ordinari Deputirten / nemlich Desterreich / Burgund / Würzburg / Costanz / Münster / Meyern / Braunschweig / Pommern / Hessen / Weingarten / Fürstenberg / Colln und Nürnberg / auß den andern Fürsten und Ständen so viel zu verordnen seyn / damit es auß gleiche Anzahl von beyden Religionen eingerichtet und bestellet werde: So haben wir uns mit Chur-Fürsten und Ständen dahin verglichen / daß hinführo Sach'en: Altenburg / Brandenburg / Culmbach / Meckelnburg / Württemberg / und einer von den Wetterauischen Grafen / sambt denen auch dießmahl von neuen bewilligten Städten / Aachen und Überlingen / Straßburg und Regenspurg zu den vorigen gezogen werden. De ipsis etiam Electoribus cautum est §. 191. daß in dem Churf. Collegio zwischen den dreyen Augspurgischen Confessions-Verwandten und protestirenden Churfürsten / ein vierdtes unter ihnen alternirendes votum vor dießmahl statt haben.

L. Est etiam alia Deputatio certorum statuum, ad Visitatione

C

tio

tionem Camerae, quæ tam erat stricta, ut sub pœnâ 5000 aureorum juberetur Princeps ad visitandum deputatus comparere, vel alium Principem substituere *vid. Concept. Camer. part. 1. tit. 64.* Facta tamen est moderatio R. A. 1654 §. 128. Weil nun die überhäuffte, ut Principes in propriâ Personâ comparere non teneantur, sed sufficiat misisse ministrum præcipuum.

L I. Tandem Comiticia quædam sunt particularia, quæ in singulis colliguntur circulis, dicunturque Crensch. Tage / & negotia quidem ordinaria sunt, defensio pacis publicæ, quæ consistit in comprimendis & sedandis motibus & vi publicâ, & curâ monetæ explorandæ. *vid. Aruma. de Comiticiis cap. 2. n. 37. seqq.* Et observari in votorum pluralitate, non partes Collegii, sed ordinum numerum, innuit *Pauermeist. Jurisd. lib. 2. cap. 2. n. 68. vid. R. A. 1502. §. Wo die Erwehltten 1512. §. Und ob icmands 1522. §. Welcher Gestalt 1555. Und damit die Obersten / &c.* Sed cum istis Conventibus confundi non debet, omnium Capitaneorum è singulis Circulis congregatio, quæ instituta fuit Erfurti 1567. cui nomen Reichs. Crensch. Versamlungs. Tag. Eam enim convenire videmus cum Deputationibus Imperii. *vid. lb. 48.*

L II. Jam redeamus ad Comiticia, ubi prima occurrit quæstio, an, quæ in Comiticiis conclusa sunt, obligent omnes status? Id quod temerè negari non debet, cum Recessibus ejusmodi in fine formula soleat subnecti. R. A. 1654. §. 199. Wir die Chur. Fürsten und Stände / und der abwesenden verordnete Rath / Botschaffter und Gesandten bekennen auch öffentlich mit diesem Abschied / daß alle und iede obbeschriebene Puncten und Artikel als wie obstehet / mit unsern guten Wissen / Willen und Rath vorgenommen und beschloffen seynd. Willigen auch dieselbigen allesamt und sonderlich hiemit und Krafft dieses Briefes. Bereden und versprechen auch in guten wahren Treuen die / so viel einen ieden / oder den / von weiner geschickte oder gewalthabend ist / betriffe oder betreffen mag / wahr / stet / fest / aufrichtig und unverbrochen zu halten und zu vollziehen / und deme nach allen Vermögen nach zukommen / und zu geleben. Eadem generalis observantia injungitur *Instr. Pac. art. 17.*

L III.

LIII. An autem Princeps factam subditis promissionem retrahere possit, si contrarietur sanctioni Imperii? Sanè stringunt leges Imperii, ex argumento theses superioris, & hinc facile colligitur promissionem factam contra leges publicas & fundamentales eo ipso esse irritam. *Pufendorf, Elem. Jurisp. lib. 1, Defin. 12, n. 32. & 34.* Promissio enim accipit vim ex jure promittentis, nec ultra extenditur. *Grot. J. B. P. lib. 2, cap. 11, n. 8.* Et Contractus omnis seu promissio vel pactum intelligitur rebus sic stantibus. *Barbosa Loc. Comm. lit. C. n. 59.* Dari exceptionem hujus regulæ colligere videtur *Abasv. Fritsch. de Reversal. cap. 6, n. 2.* ubi quærit, an in Episcopatibus Reversalium auctoritas adhuc duret, licet fortè post obitum Episcopi, ob publicam conventionem aliqua mutatio quoad qualitatem in Episcopatu futura sit? Et respondet futura non posse operari in præsens.

LIV. Quandoquidem verò in Episcopatibus Aug. Conf. addictis jus postulandi & eligendi non fuit firmum ac considerabile in Imperio, usque ad pacem Osnabr. art. 5. §. 4. considerandum utique videtur: An Capitulatio Episcopi conformiter fuerit concepta juxta antiqua statuta, quatenus Juribus ac Constitutionibus Imperii non adversantur. Cum itaque jus capitulandi ibi acceperit declarationem, omninò constat, trahi quandoque istam pacis constitutionem posse ad actus præteritos. *Felin. ad. c. 13, de Constitut. n. 4.* neque tenetur Episcopus ad promissiones factas in principio creationis suæ, si sunt præjudiciales dignitati & constat per conjecturas saltem, Episcopum non fuisse benè informatum, ad aliquid concedendum. *Idem Felinus ad cap. 1, de probation. n. 7. 8.*

LV. Ulterius quæritur, si Leges condantur in Comitibus, quis earum sit executor? Sed distinguendæ sunt leges, quibusdam adjicitur modus exequendi: Sicut N. A. 1555. executio injungitur Capitaneis Circulorum, & hic res clara est; quibusdam nihil adjicitur, & hic Imperatori quidem primaria non solum competit inspectio, sed etiam executio: at tamen necesse est ut ea consentiat cum reliquis Imperii Constitutionibus, *vid art 2. Cap. Leopold.*

LVI. Et imprimis circa executionem Justitiæ dubium non est, constitutâ nunc Camera Spirensi, de qua videri potest *Ordinat. Cam. anno 1555. & Conceptum Camerale oblatum Imperii Ordinibus anno 1603*, propositum denuo 1613, sed editum hætenus sine confirmatione, ita, ut efficaciter quidem probare nihil possit, repræsentet tamen ordinatam legum publicarum collectionem. *vid. edit. D. Jac. Blunnen in præf. & Gerhard. de Judic. Aulic. & Cameral. Prelimin. cap. 2. th. 6.* Cæterum quales eò pertineant causæ, jam tetigitimus *Dissert. prior. th. 79. seqq. vid. omninò Ordin. Cam. part. 2.*

LVII. Potior hujus loci quæstio est, à quo Camera accepit Jurisdictionem? Et extat quidem in *Ord. Cam. 1495.* Unser und des H. Reichs Cammer-Gericht / sicut etiam Imperator in *R. A. 1654. §. 165.* ita loquitur Unser und des H. Reichs Cammer-Gericht / als welches uns / sampt Chur-Fürsten und Ständ des Reichs repræsentirt. Hinc concludunt aliqui Jurisdictionem ab Imperatore & statibus non ut singulis sed ut universis profluxisse, *Strauch. Dissert. exoter. 13. th. 5.* Alii contra Jurisdictionem soli referunt Imperatori *Coler. de Jur. Imp. Germ. th. 29. Pauermeist. lib. 2. cap. 5. quem refutat Limn. l. 7. cap. 2. n. 54. Media quasi sententia Lampadii est part. 3. cap. 16.* Cameram quoad subjectum, formam & modum expediendæ Jurisdictionis communi statuum & Cæsaris autoritate institutam, à solo Cæsare ipsam Jurisdictionem accepisse. *Bæcl. Notit. lib. 13. cap. 2. n. 3.*

LIX. Eo tamen recidit quæstio, an, cum Maximilianus I. instituerit Cameram, repræsentare voluerit Judicium Aulicum; an verò Judicium, quod exercebatur in Comitibus? Prius affirmat *Reinking. lib. 2. clas. 2. cap. 14. n. 7.* Posterius elicitur è *Dissert. Conringii de Judic. Reip. Germ. th. 48.* ubi expressè statuit, Principum controversias permissas nunquam fuisse unius Regis Judicio, sed earundem potestatem semper fuisse penes ordines, & id usque ad tempora Maximiliani. Clariùs adhuc loquitur *Strauch. dissert. 13. th. 6.* *Accepit Camera Jurisdictionem non mandatam sed propriam per representationem, respectu scil. habito*

bito non ad personas seu Individua Collegium hoc integrantes; sed ad representationem Imperii, adeo ut, quemadmodum omnes Ordines in Comitibus olim Jurisdictionem propriam toti Imperio exercebant, ita eandem Camera representans illos universos Ordines exercent. Adde Gerbard. l. c. tb. 6. & verba, quæ ex Informat. facti & Juris wie es mit der Stadt Donawerd ergangen. f. 370. citat Colerus tb. 29.

LIX. Duo tamen sunt argumenta, quæ Cæsaris solam agnoscere videntur Jurisdictionem. Is enim Electoribus aliisque statibus aut privilegia concessit de non appellando, aut tamen præter consuetam summam appellabilem majus aliquid indulgit; Is etiam Austregas statuum confirmat; quæ res non procederet, nisi penes eum sola esset Jurisdictio; cum ejusmodi privilegia Jurisdictioni Camerae derogent. Neque sufficit dicere, ante Ordinationem Camerae ea fuisse in usu. Ad minimum enim sequeretur, quod superiori thesi controversum fuit, aut status in Comitibus habuisse Jurisdictionem, & hinc Cæsarem privilegia contraria dare non potuisse; aut, quia hæc consequentia est absurda, status Jurisdictionem non habuisse, & ideo, eandem in Camera nunc non repræsentare.

LX. Sed privilegium de non appellando quod concernit, non ita anxie inquiram, quis eo nunc utatur, cum clarum sit, illud per contrarium usum amitti non posse. vide Myler. ad Rumelin. part. 2. diff. 2. thes. 2. Id saltem probè advertendum, Autorem ejus esse Carolum IV. qui Auream Bullam condidit, assidentibus Principibus, Electoribus Ecclesiasticis & Secularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & Civitatum multitudine numerosâ, ut adeò in illo confesso universi status videantur ad ejusmodi privilegia consensisse. Sic Mylerus ad Rumel. l. c. tb. 4. lit. d ait, Duci Würtembergico idem Privilegium anno 1495. à Maximiliano I. ex certâ scientiâ, NB. cum consensu Procerum Imperii confirmatum fuisse.

LXI. Austregæ autem, licet Camera penitus non præ-

tereant, sed eam saltem quoad primam sublevent instantiam; communi tamen Procerum consensu anno 1495. aut confirmata, aut constituta fuerunt *Ord. Com. 1495. III.* Wie Churfürsten/ Fürsten und Fürstenmäßige einander zu recht fordern sollen. Et hinc apparet non Imperatorem modo, sed Ordines etiam aliquid de sua relaxasse Jurisdictione, aut, ut rectius dicam, cumulative contulisse in Cameram.

LXII. Nunc antequam discederetur à Juribus omnium Principum considerandis, operæ foret pretium excutere, quid sit das Fürsten-Recht / cujus meminit *Bæcler. Notit. lib. 13. cap. 6. n. 1.* Sed commodior ejus tractatio jungetur thesibus de *Judicio Aulico,*

LXIII. Pergimus itaque ad ea Jura, quæ Imperator cum solis Electoribus habet communia, quorum quidem explicatio adeò difficilis non est, ut multorum hinc inde Autorum scripta sint fatiganda, cum sola Capitulatio Imperatoria, & clarè & distinctè procedat. Quamobrem ejus sequi ductum liceat. *I.* Imperator sine Consensu Ordinum foedera cum exteris inire nequit; ubi tamen salus & utilitas publica moram non patitur, sufficit Consensus Electorum und zwar auff einer Collegial-Zusammenkunft / und nicht durch absonderliche Erklärungen *artic. 10. II.* Sine Electorum Consensu nihil alienare vel oppignorare potest *artic. 12. III.* Bellum inferre nemini potest sine statuum consensu, oder zum wenigsten der sämtlichen Churfürsten Rath und Einwilligung *artic. 13. IV.* Militiam conscribit auff vorgehabten Rath mit den Sieben Churfürsten / und deren drauff gefolger Bewilligung und Consens, *artic. 16. V.* Comitia indicare non potest, ehe und bevor darzu umb der Sieben Churfürsten Consens und Bewilligung durch sonderbahre Schickung angehalten / und mit denselben so wol der Zeit als Wahlstatt verglichen / oder sie von sich selbst / des Reichs Angelegenheit halber / darinn unterthänig angelangt und erinnert / *art. 17. VI.* Contra Concordata Principum Pontifici nihil tribuere potest insciis Electoribus *artic. 19. VII.* Vectigalia nec concedere nec augere potest, nisi præter vicinos status aller und jeder Sieben Churfürsten Wissen /
sen /

sen / Willen / Zulassen und Collegial Rath mit einhelligen Schluß
 also und dergestalt in diesem Stück vorgehen / daß keines Chur-
 fürsten Wiederred oder dissens dagegen / sondern alle und jede ders
 Collegial-Stimmen einmüthig *sent artic. 21. II. X. Vectigalibus*
ita institutis gravari non possunt mehrgedachte Churfürsten /
 Ihre Unterthanen / Diener / zugewandte und andere gefreyte Perso-
 nen auch derselben Haab und Güter / *artic. 23. IX. Contributiones*
Imperii ab aliis in propriam utilitatem converti non possunt,
sine consensu Electorum, artic. 29. X. Feuda vacua nemini
concedi possunt nolentibus Electoribus. artic. 32. XI. Jus Mo-
neræ nemini conferri potest insciis Electoribus, artic. 34. XII.
 Wir sollen und wollen auch in wichtigen Sachen / so das Reich be-
 treffen / und von hohen præjudiz und weitem Ansehen seyn / bald
 anfangs den Churfürsten / auch / nach Gelegenheit der Sachen /
 Fürsten und Ständen Rath und Bedenckens uns gebrauchen / und
 ohne dieselben hierinn nichts vernehmen. *Plura possent elici, sed*
sufficiant ista.

L X I V. Reperio quidem in monitis statuum d. $\frac{17}{27}$. April.
 1658. ad futuram Capitulationem Electori Moguntino exhibi-
 bitis, in aliquibus locis pro Churfürsten substituta fuisse verba
 Chur-Fürsten und Stände/Grundfest. *part. 3. cap. 3.* Video tamen
 in Capitulatione pleraque non fuisse observata.

L X V. Præterire hîc non possum verba Bœcleri planè sin-
 gularia *Notit. lib. 6. cap. 1. n. 3. Collegium Electorium ipsum cardi-*
nem Imperii tenet volvitq̄. Sine tali aliquo cardine non posset stare
ac librari tantum corpus. Unde, si quid consilio profundè politico
institutum est, in hoc genere: Collegium Electorale dixeris, quod
Monarchici juris fastigium, cum libertate Ordinum convincit conti-
netq̄; atq̄ intervallum illud, meris periculis & dissidiis alias explen-
dum, juris intercessu integrat ligatq̄. Quare & exemplis constare
pütant Prudentes, in partes iturum fuisse pridem Imperii contextum,
nisi hæc copula firmitudinem adjecisset.

I. X. V I. Venimus nunc ad ea, quæ Imperatori soli com-
 petunt. Ubi quidem animus non est, omnia distinctè exequi
 Reservata, quæ apud Juris publici Scriptores deducuntur
 quàm

quàm latissimè. Pleraque enim ad solam spectant dignitatem & præminentiam: cum ex aduerso nostri potius instituti sit ejusmodi proferre jura, in quibus Principes Imperatori subja- ceant. Quare paucis delibatis curiosum Lectorem ad citatos supra autores remitemus, qui prolixè explicant, quid sint primariæ preces, quid Jus condendæ Civitatis, quid Jus eri- gendæ Academiae, quid Jus Postarum, Stapularum, &c.

LXVII. Primum itaque, quod in Imperatore præ cæ- teris conspicuum est, Investitura est & præstitum à Principi- bus Juramentum, cujus tenorem exhibui *Dissert. I. thes. 10.* Et i- sta qui consideraverit penitiùs, deprehendet Principes respec- tu Imperatoris & Imperii (cujus tamen maxima pars est Im- perator) esse non modo Vasallos, sed etiam subditos. *Myler. de Jurib. Princip. cap. 93. n. 3. Conf. Landfried anno 1521. princ. N. X. 1542. §. hierumb / &c. pulchram explicationem vid. Carpzov. Leg. Reg. cap. 13. sect. 6. n. 39.* Ex Investiturâ autem colligitur, nec Jura Primogenituræ, nec pacta successoria valere, nisi ac- cedat Confirmatio Imperatoris, *Myler. cap. 21. & cap. 25. n. 15.*

LXVIII. Notandum hic aliquid est de Principibus Eccle- siasticis seu Episcopis, quatenus isti respiciant Imperatorem. Olim profectò penes Imperatorem erat jus confirmandi con- stituendiq; Episcopos per traditionem annuli & baculi, ut nemo, licet à Clero & populo unanimi voto electus ordinari posset & consecrari, nisi de consensu Imperatoris constaret. *Conring. de Constitut. Episc. Germ. ib. 35.* Sed post longas Pontificum ma- chinationes, defatigatus tandem Henricus V. anno 1122. in Comitibus Wormatiensibus jure constituendi Episcopos cessit, ut postea in omnibus Ecclesiis canonica fieret electio & libera consecratio, h. e. potestas esset penes Clerum & populum. *Ibid. ib. 55.* Tandem eo res pervenit, ut omnem sibi licentiam tribue- rent Pontifices, & Episcoporum aut præficiendorum, aut ta- men confirmandorum potestatem, non solum arriperent, sed sub Friderico III. pacto Concordatorum Germanicæ nationis confirmarent. *vid. Carol. von Sagen Instit. lib. 2. cap. 2.*

LXIX.

L X I X. Interim Investitura per sceperum remansit Imperatori, ut qui tanquam Episcopi subjiciantur Papæ, tanquam Principes fidelitatem ac obedientiam jurent Imperatori. *vid. Reinking. lib. 1. class. 4. cap. 9. n. 24. seqq.* Et hinc etiam in Comitibus sessionem habent & votum *Grundfest. part. 2. cap. 5.* possuntque conveniri apud Imperatorem.

L X X. Sed diximus Principes Imperatoris esse subditos. Gravis igitur emergit quæstio, an adversus eum liceat ipsis insurgere? Sanè periculosum est quærere, periculosius quicquam definire *Myler. ad Rumel. p. 2. diff. 4. th. 38.* Interim præstant exempla Mauricii & Johannis Georgii I. Saxoniae Electorum, quæ à nostratibus non improbantur. Imò Ferdinandus II. anno 1635. Pragæ condendo legitimam Pacem, ostendit non illegitimum fuisse bellum: quippe quod Pacis jus non habet, nisi qui habeat & belli *Schük vol. 2. Diss. 13. th. 2. lit. F.*

L X X I. Non equidem desunt à parte Pontificiorum, qui durante imprimis bello Germanico reclamaverunt strenuè. Sed inveniunt isti adversarios non mutos. *vid. quæ contra Bodinum, Burckhardum, Surium, Quettam, Ludov. de Avila, & Natal. Comitum disputat Colerus th. 73. item quæ adversus Erstenbergerum, Ungersdorffium, Windeccium, & Dillingenses Jctos disserit Cornel. Crull in Orat. inaug. de Justit. Bell. Saxov. Mauric. n. 35. & Job. Getelde Discurs. An subditis in caus. Rel. defens. sit concess. Rostock. 1626. quibus addi possunt Job. Frid. à Brandt Findicia Mauriciana adversus Bodini calumnias. ap. Arumæum.*

L X X II. Cæterum si affirmativam eligere debeamus, præsupponenda est ex parte Imperatoris vis injusta & offensio illicita; ex parte verò Statuum mera defensio *Schük vol. 2. disp. 12. th. 13. lit. E.* præsertim in negotio religionis. *Wurmser. Exercit. 8. quæst. 3.* Et istud quoque non abnuvit magnus ille Majestatis Imperatoris defensor *Reinking. lib. 2. class. 3. cap. 2.*

L X X III. Sed transeat ista quæstio, quæ si nunquam ulterius in nostrâ moveatur Germaniâ, ô quàm fuerimus felices! Ac potius properemus ad alia, & inspiciamus Jurisdictionem, quæ in Aulico Imperatoris Consilio eminent, & maximum Im-

D

pera.

peratoriae Majestatis exhibet fulgorem. Distingvendum tamen initio Consilium Secretius, der Kays. Geheimte Rath ab Aulico den Kays. Reichs-Hoff-Rath / cum in illo causae rationem status concernentes tractari praecipue soleant; in hoc causae controversae, concernentes Imperii Status vel etiam ipsum Imperium plerumque agitentur. *Limn. ad Capitulat. Matthiae artic. 40. verb. Geheimen und Reichs-Hoff-Rath.*

LXXIV. Licet autem in Aula Imperatoriâ semper fuerit Judicium, ea tamen forma, quæ hodie conspicitur, merito refertur ad annum 1549. ubi ordinem & leges promulgavit Ferdinandus I. *Conring. de Juriis Reip. Germ. lib. 100. auxit Matthias anno 1614 vid. Limn. lib. 9. cap. 4. n. 34. denuò edidit Ferdinandus III. anno 1654. vid. Limn. tom. 2. Addit. l. c.* Solius vero Cæsaris est, eas leges praescribere. Hinc legitur *Ord. Ferd. III. tit. 1. inc.* Unser Kays. Reichs-Hoff-Rath / dessen oberstes Haupt und Richter wir allein / und ein ieder Römischer Kays. selbst ist. Invenio quidem ap. *Limn. l. c.* Correspondentes status anno 1615. multa monuisse ad Ordinationem Matthiae, & imprimis in fine, wir behalten uns vor obgeschriebene Ordnung jederzeit / unserm Gnädigsten Nachdenken / Willen und Wolgefallen nach zu vermindern / zu vermehren und zu verändern. ascripisse sampt Chur-Fürsten und Ständen. Tantum tamen abest, ut his monitis paruerit Imperator, ut potius Ferd. III multa alia omiserit. In Ordinatione enim Matthiae princ. legitur. Und haben die über solchen unsern Reichs-Hoff-Rath auffgerichtete vorige Ordnung mit zeitlicher guter Vorbetrachtung / gehalten Rath und Gutachten / Unsern lieben Neven / Dhetmen und Churfürsten alles Fleisses ersehen / verneuert / confirmirt, &c. Sed nulla Electorum mentio fit in *Ord. Ferd. III.*

LXXV. Id quidem reperitur in *Pac. Osn. art. 5. §. Visitatio Consilii Aulici fiat ab Electore Moguntino toties, quoties opus fuerit, observatis iis, quæ in proximis Comitibus de communi statu placito observanda esse videbuntur.* Ast in Comitibus nihil conclusum fuit. *Grundfest. p. 3. cap. 5. p. 271.* Interim de visitatione Electoris Moguntini non dubitavit *Ord. Ferd. III. §. final. & recepit eam Leopoldus Capit. art. 42.*

LXXVI.

LXXVI. Magna verò statuum qverela erat, quod soli Assessores Catholici eligerentur, nec Protestantibus æqualis sicut in Camerâ daretur aditus. *Conring. Diss. cit. lb. 100.* Hoc igitur aliter dispositum *Pac. Osn. art. cit.* & hinc Ferdin. III. constituit *tit. 1. §. 3.* Wir wollen auch unter denen achtzehn Personen (tot enim ad Consilium Aulicum destinantur) sechs von Herren Ritter und Gelehrten Stand / der Augspurgischen Confessions-Verwandte und der Reichs-Sachenerfahrene Männer / auß denen Reichs-Erensen / darinn enwedder die Augspurgischen Confessions-Verwandten allein oder zugleich die Catholische Religion im Schwang geht / annehmen / damit auff begebenden Fall die Gleichheit der Richter von beyder Religion Assessoren observirt werden möge.

LXXVII. Jam quæ ibi tractentur negotia, in brevi quasi compendio exhibet *Ord. Ferd. III. tit. 2. princ.* In unserm Reichs-Hoff-Rath sollen alle und jede Sachen das H. Röm. Reich (ord. Matthiæ ponit. Unser Käyserthumb das H. Röm. Reich) derselben Hoheit und Recht / Herrligkeit / Gerechtigkeit / Pfandschafft / Lösung / Regalien hohe und nieder Lehn / Privilegien / Indult, Confirmation und anders / wie solches Namen haben mag / und in Summa / was nach der unfehlbaren Justitien dirigirt und decidirt werden sol / insonderheit / alle und jede Partien Sachen die Rechts / Gewohnheit / connexitat und consequenz halber / für unser Käyserlich Gericht gehören / oder von den ersten Instantien / durch Mittel der Appellationen / Supplicationen / Dictionis nullitatis, Implorationis officii, oder in andere alle Wege sich dahin wenden / fundirt und gehörig seyn / die sollen allda angenommen / gerechtfertiget / darüber erkennen / und die Nothdurfft außgefertiget werden.

LXXIIX. Neque hic valet monitum Limæil. c. Istam ordinationem ab omnibus statibus non fuisse receptam; cum ea non levem acceperit Confirmationem in *Capitul. Leop. art. 41.* Wir wollen auch NB. die neu auff-gesezte / und von unsern Vorfahren Glorwürdigsten Andenckens approbirte Reichs-Hoff-Raths Ordnung (es sey dann / daß bey fünffzig Reichs-Tag ein anders

ders verordnet werde) fest halten laßen. *Add. Grundfest. l. c. pag. 272.*

LXXIX. Hic à multis allegatur das Fürsten-Recht / quod ex Hotomanno ita describit *Engelbrecht de Jurisd. Imperii. tb. 117.* esse privilegium singulare Principum Germaniæ, ut Imperator absque consilio procerum Imperii, tanquam parium curiæ, cognoscere nequeat. Et ejus vestigia innuit *Conring. de Judic. Reip. Germ. tb. 49. Add. Reinking. lib. 1. class. 4. cap. 19. n. 11.* An autem hodie ejus sit vigor, non immeritò dubitatur, nec absque ratione inquit *Limneus lib. 2. cap. 9. n. 50. Neg. in A. B. Caroli IV. neg. ulla alia lege publica Imperii mentio sit* dieses Fürsten-Rechts / *Ergò quòd in Lege non cavetur, in practica non habetur* Consentit etiam *Ordin. Camer. 1555. part. 2. tit. 7.* Ob auch Sachen fürstlichen / Fürstenthumb / Herkogehumb / Graffschafft / etc. belangend / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil gänzlich und endlich abgesprochen werden solten / derselbigen Erkändnuß wollen wir (Ferdin. I. Rex Rom.) der Kays. Maj. oder Ihrer Lieb / und Kays. Majest. Abwesens uns / als Röm. König / hierinn / doch sonst in andern Sachen dieser Ordnung unabbrüchig / vor behalten haben / doch dieselben auß dem Reich teutscher Nation nicht ziehen.

LXXX. Omitto hic aliquorum subtilitates, qui de Concurrentia Judicii Aulici & Cameralis disputant, res enim ipsa liquet ex *Capit. Leop. art. 42.* die am Kays. Cammer-Bericht zu Spener aber anhängig gemachte / und noch in unerörterten Rechten schwebende Sachen von dar ab / und an Unsern Reichs-Hoff-Rath nicht abgefodert / noch von uns aufgehoben / und dagegen inhibire, oder sonst auf andere Weise rescribirt, &c. werden. Istud tamen de causis saltem intelligi debet, quæ pertinent ad *Cameram Thom. Michael. de Jurisd. tb. 37. 38.*

LXXXI. Plura de Juribus Imperatoriis non addam. E-lucet autem ex iis, quæ hactenus allata sunt, Imperatorem in quibusdam negotiis excludere status; Status verò in nullis (Religio huc non pertinet) excludere Imperatorem, seu ut clarius loquar cum *Carpzovio L. R. cap. 13. sect. 9. n. 11. § 12.* Imperatorem

torem in illis ipsis Juribus Majestatis, de quibus Procere participat, integrum retinere semissem, seu caput Imperii; Ac præterea Jura quædam Majestatis habere propria, quæ solus ipse peragere possit, nihil de hisce participantibus Imperii Proceribus.

LXXII. Nunc facile concludi potest, quæ sit forma Imperii Germanici. Sanè omninò reprehendendi non sunt, qui Monarchicum statum seu formam Imperii Regiam adhuc agnoscunt; id saltem dolendum, sectæ istius Patronos, rationes in disputando admisisse (ita de *Reinkingio* loquitur *Bæclerus*) infirmas, alienas, longe petitas, aut prorsus falsas. Quæ res effecit, ut ab infirmitate argumentorum, multi ad ipsius Conclusionis infirmitatem putarint valere consequentiam.

LXXIII. Interim si accuratè agendum, adhibito in censuram rigore Politico, rectius fortè statuitur aliqua Monarchiæ & Aristocratæ mixtura, ita tamen ut Monarchia præponderet. Adducam Verba *Magnif. Bæcleri*, ex accuratissimo discursu super hanc materiâ *Notit. lib. 22. cap. 3. Medius*, inquit, *inter Monarchiam & Aristocratiam & ex utraq; mixtus status pleriq; placuit, Limnao imprimis latè hanc sententiam propugnante. Hic fortasse subsistendum erat: curiosius enim quàm utilius queri existimaveris: utrum in hac mixturâ, Monarchia an Aristocratia prævaleat. Si autem omninò (liceat exscribere Auctorem modò laudatum in re, ubi autoritatem verba non æque invenirent mea) quæ ducunt hi disputatores, sequi placet, facile contra Limnaum demonstraveris; Monarchiam vel ex eo prævalere, quod Status soli, absq; Imperatore, in universo Imperio, & summa Republica, nihil majesticè agunt constituuntq;: Caesar autem omnino hoc facit & solus in multis majesticè agendi & constituendi jus habet.*

LXXIV. Atque ex istis sine labore convinci possunt adversarii. Et quod attinet Hippolithi à Lapide Aristocratiam, ea jam sæpè refutata est, *Bæcler. l. c. cap. 2*. Sed prodiit nuper *Severinus de Monzambano*. Is in tractatu suo non contemnendo asserit, Germaniam in quibusdam retinuisse qui-

dem regni speciem; re verà tamen maximè accedere ad systema fœderatorum. Quod vocabulum, quid significet ex *Serapione* observat *Grotius J. B. P. lib. 1. cap. 3. n. 7.* Denotari autem per *σύννομα* arctissimam quandam ac convenientem compagem, vel exinde constat, quod apud Musicos, plenum illud modulaminis corpus ex consonantiarum conjunctione consistens, eodem appelletur nomine *Boët. lib. 1. Mus. cap. 14.* Ut adeo intendatur hoc vocabulò plurium civitatum arctissima fœderis colligatio, quàm latinè dici posse Corpus gentium, innuit *Thomasius Disp. de Jur. Bell. Majest. lib. 19. seqq.*

LXXXV. Sed trita est fœderis æqualis & inæqualis distinctio: Inde dicit, Imperatorem tanquam fœderis ducem eminere, reliquos ordines comiter ejus colere Majestatem. *vide omnino cap. 6.* Et profectò, qui tribus abhinc annis eruditorum observavit historiam, non ignorabit, ejusmodi initio scriptores se opposuisse, quorum vires adversario multum impares, vel malam ejus causam tam leviter insultando comprobare potuissent. Neque enim inter ejus antagonistas referri potest *Clariff. Thomasius*, quem quidem *Reifensio tract. de Summa Princ. Germ. pot. cap. 13. p. 213.* contra eundem ait insurrexisse, quod in suâ *de Ministrissimo dissertatione*, nudum aliquod Respondentis Corollarium admiserit. Interim ut breviter quæstionem expedire liceat, absurda forte omnia non sunt, quæ circa administrandi modum hinc inde observavit; at tamen gravia sunt *Bæcleri* verba *loc. cit.* quæ ex jure gentium, ipsaqve naturali ratione deducit: *In omni benè constitutâ Rep. de forma & statu Reip. nemini licere debet aliter loqui, quàm Leges publica loquuntur & decernunt.* Et hæc omnia sic velim intelligi, ne in contemptum Autoris doctissimi, quicumque tandem is est, accipiantur aut detorqueantur. Laudem meretur suam libellus accuratissimus, tam in verborum suavitate, quam sententiarum cura nunquam sibi dissimilis, & quod rarum est, in brevitate nec obscurus nec insufficientis.

LXXXIV. Infelicius novandi pruriginem sensit *Reifensio*, cujus ut examinetur opinio, forte Juventuti non fuerit inutile.

tile, quæ omnibus modis ab istis revocari debet novitatibus. Ita verò philosophatur *cap. 1.* disting. endum esse inter Civitatem, Principatum & Imperium. Civitatem vocat, quod nos Germani appellamus Stadt; Principatum habet pro Confociatione multarum Civitatum, alieno juri subjectorum; Imperium pro confociatione multarum liberarum Civitatum vel Principatum, quæ confociatio à Politicis vocari soleat fœdas. Ut adeò perinde ipsi sit, dicere Gentium societatem aut Imperium.

LXXXVII. Sed Aristoteles de Civitatis ac Principatus acceptione cum ipso transigat: jam saltem miror, unde tam pulchram nactus sit Imperii significationem. Certè Imperium pro quavis sumi Rep. norunt Politici: at in sensu famo-
siori denotare Principatum, quis negat? qui legat apud Salustium, *in terris nomen Imperii primum fuisse*; & apud Justinum, *principio rerum, gentium nationumq; imperium fuisse penes reges*; & apud Tacitum, *unum Imperii corpus, unius animo regendum videri*, imò apud ipsum Relfenslo *pag. m. 10. Regem Gallie laxis Imperii habenis gaudere*. Nec memini vel Amphictyonum & Achæorum, vel Batavorum & Helvetiorum confœderationes, speciali isto Imperii titulo fuisse insignitos. Obscurum tamen non est, quorsum respexerit; dederat jam Principibus Germaniæ absolutam Majestatem, & habebat omnem Germaniæ Unionem pro fœdere: interim videbat illam Unionem dici Imperium; quamobrem maluit terminos confundere, quàm rectiùs statuere, si Germania solo contineretur fœdere, improprie saltem eandem dici posse Imperium.

LXXXIX. At enim ista tolerari aut excusari adhuc poterant: Nunc pergit, & in designanda Imperii Germanici forma statum ejus dicit Politicum, h. e. ut ego intelligo, perfecte Democraticum seu ut Aristoteles loquitur, Oligarchico-Democraticum. Sed ut nihil dicam, de contradictione, quæ necessariò emergit, si Corpori Gentium, quod Resp. strictè dici nequit, perfectissimæ Reip. formam velimus tribuere. *vid. Thomas, Phil. Pract. Tab. 46. & Eundem Diss. de Jur. Bell.*

Bell. Maj. thes. 20. n. 35. Cogitet faltem aliquis, an, quæ dicuntur de statu politico, applicari queant Germaniæ? Nam in Politia tam pauperes quam divites Imperii sunt capaces, ita ut iidem sint Imperantes & subditi, hoc est, omnes Imperio sint apti cum maximâ æqualitate. Sequetur itaque Nobiles Imperii immediatos, qui profecto ad magnum istud Germaniæ corpus pertinent, æquè esse aptos ad Imperium, ac ipse Imperator; vel Civitatem liberam tantum posse, quantum Princeps aut Elector. Sanè ut exprimas Monzambanum, non sufficit peregrina præscribere nomen.

LXXIX. Sed redeamus ad cursum nostrum, & tandem Coronidis loco de Majestate Imperatoris aliqua adjiciamus: quæ quidem res commodè vix procedet, nisi celeberrimas illas distinctiones Majestatis realis & personalis, Summæ & Subalternæ prius excusserimus.

XC. Majestas est summa Civitatis ubique potestas. Ita cum Aristotele definitur hæctenus. Sed videbat *Limnæus* in nostra Rep. Majestatem non modo Imperatori; Sed etiam Regi Romanorum tribui. Proinde *Comment. ad Capitul. Rudolph. II. pag. 526.* dicit, hoc thema à politicis plerisque abstractivè tantum & secundum theoriam explicari, & hinc evenisse, ut, quæ in scholis pro veris habeantur, usui & praxi communi minus conveniant. Pergit autem, apud nos aliasque gentes, Majestatis nomine propriè accepto, intelligi vel potestatem aliquam egregiam, vel auctoritatem, amplitudinem & honorem ac dignitatem majorem & excellentiam, prestantiam, &c. Hæc itaque ejus est conclusio n. 13. Ut potestatis ita etiam honoris gradus sunt, atque ad eam Majestatis, ut alia sit minor, alia major, alia maxima, vel alia inferior, alia superior, alia suprema. Et omnes illi gradus sub genere suo comprehenduntur, ut inferior Majestas non minus Majestas sit dicenda, quam suprema: licet enim hæc major illa sit, non magis tamen Majestas est, quam ista.

XCI. At enim verò citra injuriam Politices componi potest hæc difficultas, si distinguas inter Majestatis ritulum & rem ipsam. Sicut ipse *Limnæus* n. 17. fatetur, in Imperio Rom. Germ.

Germ. ferre sic morem ac consuetudinem, ut *sive pro honore, sive pro potestate accipiatur Majestas*. Titularem sanè Majestatem variare posse, nemo unquam negavit inter Politicos. Verba enim valent sicut nummi. Neque apparetis titulus nisi in Monarchiis, non tamen omnibus, cum ipsi Germanorum Imperatores non ita pridem dicti fuerint *Ihr Kays. Gnaden vid. Limn. l. c. n. 24.* Quare externa illa & accidentalis dignitas, certum & intrinsecum Reip. conceptum statuere non potest.

XCII. Et si vel maximè absurdum non esset, Majestatem accipere pro quavis autoritate; sequeretur tamen & Electores, & Principes, & reliquos status habere Majestatem; quam quidem consequentiam, nescio an Limnaeus approbaverit unquam. Lis est de vocabulo. Manet interim in Rep. Summa potestas, quæ omnes reliquas potestates ab æquali excludit summitate, quicquid sit de termino. Etiam in nostrâ potestate non est terminos fingere & refingere pro lubitu; Sed sicut efficere non possumus, ut vocabulum equi denotet leonem; ita inconueniens est vocabula siue terminos disciplinarum à recepta significatione ad alienum sensum detorqueere.

XCIII. Gravior est difficultas ad solvendum nodum circa Majestatem *realem & personalem*, quæ distinctio inter Monarchomachos superioris seculi in Gallia & Belgio nata, nunc à Juris publici scriptoribus malè arripitur. Et certè religio esset tot tantisque viris contradicere, nisi à partibus nostris starent Politicorum hodiernorum facile principes, *Grotius, Baclerus, Conringius, Thomafius, &c.* Ostendam igitur distinctionem istam esse 1. periculosam, 2. falsam 3. ad hoc negotium planè impertinentem.

XCIV. Periculosa est, quia restâ quasi viâ procedit ad castra Monarchomachorum, qui præter Majestatem Principis realem Reip. Majestatem fingunt, quæ Principis Majestatem possit in ordinem redigere. *vid. Bexborn. Instit. Polit.*

E

*lyse faretur titl.
hinc non facere
monarchiam in
exemplis Ducis, quæ
reli. Limn. 1. 10.
48.*

lit. lib. 1. cap. 4. §. 21. seqq. Item quæ de Mario Salamoniæ, Buchananæ, Stephano Junio Bruto, Bouscherio, Hotomanno, Daneo, Henonio, &c. differit Naaman Bensenius Diss. de Summ. potest. subj. Præsid. Conringio. Et notari omninò debent verba Gerardi Theol. de Mag. pol. §. 123. cavendum, inquit, ne hæc distinctione abutantur seditiosi regicide, qui existimant, Reges & Principes impunè violari posse absque Majestatis, quæ regno propriè inhereat, violatione.

XCV. Sed falsa etiam est distinctio. Duo enim summa in eadem Rep. esse non possunt vid. omnino Bæcler. in Grot. J. B. P. Lib. 1. cap. 3. p. 224. seqq. & Ampliff. Dn. Siegfriedum, Rectorem nostrum Diss. de Stat. Imp. Rom. Germ. thes. 23. 24. Id quidem absurdum non est, quod dicit Grotius l. 2 cap. 9. n. 8. Imperium quod in rege est, ut in capite, in populo manet ut in toto, cujus pars est caput, quanquam, (ita se explicat) non exercendum à corpore sed à capite. Et clarior adhuc est similitudo Thomasi Phil. Præct. Tab. 48. dici nimirum potest, equus videt, & equi oculus videt, cum tamen una saltem sit visio, cujus subjectum proprium est oculus, subjectum commune est equus. Citra hanc acceptionem tolerari nihil potest. Et aspiciamus saltem Respublicas, distinctamque in sua Regalia Majestatem examinemus. Nonne quo plus confertur in Principem, eo plus decedit populo; & quo plus accrescit populo, eo plus decedit Principi? Ut facile videamus, unam esse Majestatem, cujus tamen partes, non diversæ species, interdum consistere possint in diversis subjectis.

XCVI. Neque opus est in refutanda distinctione majorem impendere industriam, cum ad rem ea prorsus non pertineat. Putant quidem Autores, in solennibus istis publicarum constitutionum formulis, Uns und dem Reich / in Unser und des H. Reichs Stadt quarum integram paginam refert Limn. l. c. n. 54. Imperatoris esse Majestatem personalem, Imperii realem. Sed dixerant antea Majestatem personalem
confi-

consistere in potestate administrandi ; Majestatem realem in potestate fundandi seu constituendi & esse eam insuper Reip. coævam. *vid. allegatum Schütz vol. 1. disp. 3. thes. 5. apud Bæcler. Grot. l. c. p. 225.* Id quod ad Imperatorem & Imperium seu Status applicari non potest.

XC VII. Status enim qui cum Imperatore concurrunt in Comitibus, & ad quos istæ spectant formulæ, etiam sunt personæ, & profecto qui tempore Augustanæ Confessionis astiterunt Carolo V. jamdudum abierunt ad plures, durante adhuc Rep. Ergò in iis statibus non potuit consistere Majestas Reip. coæva. Et quæro, cum moritur Elector aut Princeps, ubi ante designationem successoris lateat Majestas illa realis? an in territorio? ita profectò statuendum esset, salvis Monarchomachorum principiis; verum enim verò formulæ supra citatæ non loquuntur de territoriis, sed de statibus, qui gubernant territoria. In istis igitur ostendenda Majestas realis.

XC IIX. Neque valet exceptio statuum potestatem respectu territoriorum esse personalem; at respectu Imperii esse realem. Exinde enim sequeretur status esse perpetuos & non perpetuos; Reip. coævos & non coævos, quæ locutio, etiam in diverso respectu, involvit contradictionem: deinde quoties Imperium conjungitur cum Imperatore, toties participat cum ipso circa administrationem: & hinc Majestas, quæ colligitur è formulis supra allegatis, non fundatrix est, sed, ut ita loqui liceat, administratrix, seu, quod idem denotat, personalis. Debile verò argumentum est ab interregno, quasi in illo conspicua maximè sit Majestas realis. Ibi enim ipsa Imperatoris Majestas relabitur ad Imperium; cum adversarii ostendere debeant, Majestatem utramque simul & divisim existere.

XC IX. Nunc breviter sic concludimus. Imperator habet Majestatem, tam quoad titulum, quam quoad rem ipsam. Ut enim supra dixi, limitata Majestas non desinit esse summa, & sufficit status tum singulos, tum universos, nec superiores, nec
æqua-

æquales esse Imperatori, quoad administrandi potestatem. Rex Romanorum Majestatem habet in titulo, in re nullam habet, nisi quatenus Imperatoris personam representat, & ejus potestate conspicuus est, Vicarii Majestatem in titulo non habent: in re tamen quin multum teneant, dubium non est. Imperium seu status titulum non habent; rem eatenus habent, quatenus Imperatoris Majestas regimine aristocratico mixta vel temperata est.

C. Ad finem itaque dissertatio venit nostra, quæ non tam justa & ordinata est tractatio, quam florum quasi politicorum sparsio. Ignoscat verò Majestas, si de re ardua satis tenuiter fuerimus locuti. Revocare nos patiatur, si nescientes habeamus aliquid ex iniquo. Ipsa, credo, si quæ fuit in eligendo themate audacia, excusationem merebitur innumeris aliorum exemplis. Et cur talia removeri debeant ab oculis nostris, quæ, tanquam solis lumen, in publico universi Orbis conspectu collocantur? Certè typis publicis legum fundamentalium non vulgarentur mysteria, nisi licitum foret, lustrare easdem ab oculis privatorum. Faxit autem Deus Imperiorum arbiter, ut, quam Imperii sedem esse voluit Germaniam, nullæ Civium dissensiones, nulla Vicinorum odia, nullæ Barbarorum cupiditates aut perterreant, aut concutiant; nec quæ Patribus avisque nostris miseranda occurrit Patriæ imago, vel minimam squaloris similitudinem ostendat nepotibus: Sed firmatâ æternùm pace, libertatem amet Imperator; Imperium Principes; Temperamentum utrique.

